

*MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81342-14*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

HENSE, JOHANN
KARL CONRAD

TITLE:

DISSERTATIONIS
DE EURIPIDIS...

PLACE:

HALBERSTADT

DATE:

[1845]

Master Negative #

93-81342-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

38EF

Z6

Hense, Johann Karl Conrad, 1813-

...Dissertationis de Euripidis persona apud
Aristophanem particula, scripsit C.C. Hense...
Halberstadt, Döle, [1845].

14 p. 31½ x 24 cm.

Volume of pamphlets

"Jahresbericht über das K. Domgymnasium zu
Halberstadt"...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35

REDUCTION RATIO: 13x

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 4 24 93 INITIALS SS



FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Euripides

no. 10

(bina)

Euripides

Hense.

529-396

Jahresbericht

über

Müller
Ex libr. C. O. Fr. Sch.

das Königliche Domgymnasium

zu

Salberstadt

während des Schuljahres von Oftern 1844 bis dahin 1845

von dem

Director Dr. Theodor Schmid.

Voran geht:

Dissertationis de Euripidis persona apud Aristophanem particula.

Scriptis C. C. Hense, Ph. Dr.

Salberstadt.

Gedruckt bei Carl Heinrich Friedrich Döller.

Handwritten notes in the left margin, including the number '13' and some illegible characters.

D i s s e r t a t i o n i s
de
Euripidis persona apud Aristophanem particula.

Scripsit **C. C. Hense**, Ph. Dr.

Quaerentibus nobis, quid sit quod Euripidem tot comici poetae et praecipue Aristophanes tanto studio tantaque cupiditate insectati sint, causa obvia est haec, quod Euripides in acri philosophorum et sophistarum studio versatus est, illorumque praeceptis et placitis ejus tragoediae refertae sunt. Quo tempore Euripides vitam degebat, eo subtilitas illa dialecticae artis, quam sophistae profitebantur, latissime evagari et per omnia vitae genera manare ideoque majorum mores, instituta, religiones perturbare coepit. Sunt vero qui censeant, Aristophanem nihil antiquius habuisse quam ut pristinam virtutem majorumque probitatem retineret, et quos destructores morum deorumque contentores cognitos haberet, philosophos, sophistas, Euripidem, eos implacabili odio et leporis acerbitate persequeretur.

Sed examinanda accuratius videtur Euripidis philosophia et investigandum, utrum Aristophanes merito tanta probra in Euripidem cumulaverit nec ne.

Euripidem Anaxagorae, cujus disciplinam sequebatur, studiosissimum admiratorem fuisse, nisi aliunde innotuisset, jam inde apparet, quod tanta inter praeceptorum philosophum et discipulum poetam est ingenii morumque similitudo. Anaxagoram enim dicunt severum et austerum et a risu alienum fuisse (cfr. Valck. Diatr. p. 25), idemque praedicatur de tragico poeta (teste Gellio XV, 20) ab Alexandro Aetolo, cujus verba sunt:

ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρέφειμος χαιῶν στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν, | καὶ μισογέλως καὶ ταθάζειν
οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς, | ἀλλ' ὅτι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ σειρήνων ἔτετεύχει.

Subtilis et elegans Valckenarii est conjectura in Diatr. p. 26, Euripidis animo Anaxagorae imaginem obversatam esse, dum philosophi, physici et geometrae laudes in versibus caneret, quos ad Menalippam δεσμῶτιν pertinere ingeniosissimi Welckeri (Graec. Trag. p. 855) opinio est:

Ὀλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας | ἔσχε μάθῃσιν, μήτε πολιτῶν | ἐπὶ πημοσύνη, μήτ' εἰς ἀδίκους |
πράξεις ὀρμῶν, | ἀλλ' ἀθανάτου καθαρῶν φύσεως | κόσμον ἀγέρω, πῆ τε συνέστη, | καὶ
ἔπη καὶ ὅπως · | τοῖς δὲ ταιούτοις οὐδέποτε ἀισχρῶν | ἔργων μελέτημα προσίξει.

Anaxagorae vero praecepta ab Euripide ad temperandos mores vitamque totam constituendam adhibita esse testatur Cic. Tusc. III, 14, disputans praemeditatione fu-

turorum malorum leniri eorum adventum. Locus ille a Cicerone laudatus et in latinum sermonem conversus in Theseo erat (cfr Welckeri Graec. Trag. p. 731):

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν | εἰς Φροντίδας νοῦν συμφορὰς τ' ἰβαλλόμεν, | Φυ-
γάς τ' ἑμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς | θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς, | ἴν', εἴ-
τι πάσοιμ' ὧν ἐδέξαζον Φρενί, | μὴ μοι νεωρέες προσπεσόν μᾶλλον δάκοι.

quo cum loco qui comparantur versus digni sunt in Alcestide fabula 903 sq., ubi de Anaxagora, cujus nota vox ἦδειν θνητὸν γεγεννηκώς (Cic. Tusc. 3, 14), cogitasse Euripidem suspicatur Jacobsius.

Etiam quae ab Heraclito de rerum natura cogitata et scripta essent ut cognosceret Euripides vehementi studio flagrabat. Socrati dicitur Euripides Heracliti opusculum legendum dedisse (cfr Diogeu. Laert. 2, 22), sed operae Heracliti operibus a poeta navatae testimonia prolata sunt in tragoediis ipsis. Celeberrimum enim illud Heracliti: αὐτὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, etiam apud Euripidem inveniri infra memorabitur. Heraclitus vero primus temporis naturam mente et intelligentia comprehendere studuerat, ejusque discipulos, ut Bergkii in Commentationibus de reliquiis comoediae antiquae atticae p. 308 conjecit, notavit Hermippus in Minervae natalibus (Ἀθηνῶν Γοναί):

ἐκεῖνός ἐστι στρουγγύλος τὴν ὄψιν, ὧ πονηρέ, | ἐντὸς δ' ἔχων περιέρχεται κύκλω τὰ πάνθ' ἐν αὐ-
τῷ, | ἡμᾶς δὲ τίπτει περιτρέχων τὴν γῆν ἀπαξέπασαν. | ὀνομάζεται δ' ἑνικυτός, ὧν δὲ πε-
ριφέρῃς τελευτῆν | οὐδεμίαν οὐδ' ἀρχὴν ἔχει, κυκλῶν δ' αἰεὶ τὸ σῶμα | οὐ αὐάσεται δι' ἡμέ-
ρας ὁσημέραι τροχάζων.

(cfr Meineke, fr. com. 2, 381). Ut Hermippus in his versibus, ita etiam Scythinus, qui ad Heracliti disciplinam sese applicuit, de tempore locutus est: χρόνος ἰστὶν ὕστατον καὶ πρῶτον πάντων καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ πάντα καὶ ἔστιν εἰς αἰεὶ. Hanc vero Heracliti doctrinam Euripides ad tragoediam transtulit dicens annum (ἑνικυτὸν) appellatum esse,

ὁθούνεκ' ἐν αὐτῷ πάντα συλλαβῶν ἔχει.

Notissimum est apud Euripidem nominum propriorum originationem frequentem esse et ab Aristophane saepius rideri. Talis originatione etiam in vocis ἑνικυτός interpretatione conspicitur, et Euripidis originationis amorem ad philosophica ipsa studia referendum esse verisimile est. Exemplorum multitudinem congescit Elmslejus ad Eur. Bacchas 508, quibus addendi sunt Danaes Prologi versus 20 et 21:

Δανάην δ' ἐπανόμαζε τὴνδ', ὁθούνεκα | πολὺς παρήλθεν εἰς γαυὴν παίδων χρόνος,
et Phoen. 1508 (ed. Apitz):

ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος.

Perstinxit Aristophanes aliquot originationis exempla; cfr Etym. M. apud Valckenarium. Diatr. p. 62: λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικός, ἐτυμολογῶν τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἀμφοδόν, ἣν οὖν παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν ἀμφοδὸς ἀφείλεν κληθῆναι. Ipsa Aristophanis verba servavit Pollux IX, 36: Ἀμφοδὸν ἔχρην αὐτῷ τιθεῖσθαι τοῦνομα. Acerbius exagitavit originationem Aristophanes in Thesmoph. 1216, ubi lictor barbarus: Ὁρτῶς δὲ σὺ συμβίη ἴσθι καταβινῆσι γάρ. Cfr Thesmoph. 897 et Fritzsche ad h. l. Fortasse etiam in hac re Menander, Euripidis admirator, imitatus est tragicum dicens: βίος κέκληται ἐς βίᾳ πορίζεται, cfr Meineke, fr. com. IV, 342.

Grammaticam, quam appellavit ὀρθοπέπειαν, docebat Euripidis tempore Protagoras Athenis; respicit hanc doctrinam Aristophanes in Nubibus 636, ubi Socrates, ad modum Protagorae a poeta fictus, Strepsiadem instituit:

ἄγε δὴ τί βούλει πρῶτα νυνὶ μαυθάνειν, | ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πάποτ' οὐδὲν· εἰπέ μοι. | πό-
τερα περι μέτρων ἢ περι ἐπῶν ἢ περι εὐθμῶν;

cfr Nub. 658. De sententia quae subesset vocabulis, quaerebat Prodicus, cfr Welckerus de Prodicis (in Museo Rhen. I. p. 554 sq.) Euripidem vero his disciplinis imbutum esse inter omnes constat. Aristophanes eum ideo acerbissime exagitat in Ranis 1175, ubi Euripides dicit:

ἰγὼ Φράσω· | κἄν που δὲς εἶπω ταύτῃν ἢ στοιβῆν ἴδης | ἐνοῦσαν ἔξω τοῦ λόγου, κατὰπτυσον.
Bacchus vero respondet:

Ἴδι δὴ λέγ'· οὐ γὰρ μοῦ στίν· ἀλλ' ἀκουστέα | τῶν σῶν προλόγων τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν.
Prorsus immerito enim gloriatur Euripides sese immunes esse vitio dicitur ταυτὸ λέγειν, quod Aeschylus impingit: insunt ejus tragoediis etiam σταβῆι, quae fulciendi tantum metri gratia a poeta inculcaetae sunt, nec quidquam sententiam juvant (cfr interpretes ad Ran. 1178.).

Euripidi quum familiaritas cum philosophis intercederet ejusque de diis opiniones ad philosophorum disciplinam formatae essent, factum est, ut Deos, quales a Graecis colerentur, contemneret et unicum solum Deum agnosceret, qui aeternus et infinitus esset neque ullius rei indigeret: hic vero ab Euripide Aether, interdum quoque Jupiter solet vocari. Sublimibus versibus ille deus praedicatur in Pirithoi choro, ille non aliunde satus, qui naturam turbine aethereo versat quemque lux circum noxque atricolor et ingens semper chorus astrorum circumsultat: 1)

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν ἀίθερίῳ | εὐμβῶ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ', | ὧν περὶ μὲν φῶς, περὶ
δ' ὀρφναία | νύξ, αἰολόχρως ἀκρίτος τ' ἀστρων | ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Anaxagorea praecepta in hoc fragmento exhibentur. Idem Euripides Aethera illum infinitum Jovem vocari jubet in fabulae fragmento, quod ad Cressas pertinere praeunte Valckenario Welckerus opinatur:

ἄρῃς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἀπειρον αἰθέρα | καὶ γῆν περίεξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκυλαῖς; | τοῦτον νό-
μιζε Ζῆνα, τόνδ' ἠγοῦ θεόν.

quam sententiam mutuatus est Eminus dicto:

Adspice hoc subline candens, quem vocant omnes Jovem.

Componantur his cum verbis versus, quos in Cretensibus fabula positos fuisse Hartungius censet (cfr Euripides restitutus I. p. 111):

βάσομαι τ' εἰς αἰθέρα πολὺν ἀερθεῖς | Ζῆνι προσμύξων.

et quae ex chorico carmine petita esse Valckenarius censet:

κορυφῇ δὲ θεῶν ὁ περὶ χθον' ἔχων | φαιενὸς αἰθέρε.

et Chryssippi fragmentum (cfr Matthiaeus, Eurip. fragm. p. 121):

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθέρε, | ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ.

Hae cum Euripidis opinione, Aethera deum esse, arcuissime junctae erant poetae de humana mente notions: quodcunque enim hominis terrenum esset, id in ter-

1) H. Grotii interpretatio est.

ram censebat redire, quod vero divinum ab aethereo ortu venisset, id etiam aetherem repetere. Docentur haec Anaxagorea placita in Chryssippi fabulae fragmento VI. (apud Matthiaeum l. l. p. 121):

χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐν γαίᾳ | φύντ' εἰς γαίαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθέριου | βλαστούτα γούης ἐκ οὐρανόου | πόλον ἦλθε πάλιν.

cf. versus in Helena positi 1020 sq.:

ὁ νοῦς | τῶν κατακύντων ζῆ μὲν οὐ, γνώμην δ' ἔχει | ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθερ' ἔμπεσών. et incertae tragoediae fragmentum CXXVII. (apud Matthiaeum p. 392):

ὁ δ' ἄρτι θάλλων σῶμα, διοπετής ὅπως | ἀστὴρ ἐπίσβη, πνεῦμ' ἀφείς εἰς αἰθέρα.

Suppl. 533.

ᾧθεν δ' ἔκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο | ἐνταῦθ' ἀπελευθύνει, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, | τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

et incertarum tragoediarum fragmentum CL. (cf. Matthiaeus p. 397), quod Welckerus Trag. Gr. p. 833. ad Cresphontem fabulam refert:

ᾧ δυστυχεῖν φῶς καὶ κακῶς πεπραγῆναι | ἀνθρώπος ἐγένου καὶ τὸ δυστυχὲς βίου | ἐκείθεν ἔλαβες, ᾧθεν ἅπανιν ἤρξαστο | τρέφειν ὁδ' αἰθέρα, ἐνδοῦς θυγατρὸς πνοῆς.

Itaque Aether vocatur sacer. cf. Andromedae fragmentum I.:

ᾧ νύξ ἱερὰ | ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις, | ἀστεροειδέα νῦτα διφρεύουσα | αἰθέρος ἱερᾶς τοῦ σεμνοτάτου δ' Ὀλύμπου.

et ejusdem fabulae fragm. II.:

ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνα Διὸς αἰθέρα γοργοφόνος.

Huc pertinet Hippolyti fragm. 8.:

ᾧ λαμπρὸς αἰθέρ' ἡμέρας ἀγνόν φάος, | ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πρᾶσσουσιν καλῶς | καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ᾧν πέφυκ' ἐγώ.

Tales de Aethere sententiae, ex philosophorum imprimisque Anaxagorae disciplina haustae, ab Aristophane vehementer vexatae et tanquam impiae notatae sunt. Quod jusjurandum Melanippe philosopha in cognomine Euripidis tragoedia dederat (cf. Welckeri Gr. Trag. p. 817):

ᾧ νῦν μὲν δ' ἱερὸν αἰθέρ', ὀκνησιν Διός,

in Aristophanis Thesmophoriazuzis 272 repetit Euripides ipse, ut quasi imprudens ipse se carpat, et saepius hic Aether, habitatio Jovis, a comico vexatur, ut in Ranis 310 et 311: τίν' αἰτιάσομαι θεῶν μ' ἀπολλύναι | αἰθέρα Διὸς δωμάτιον ἢ χρόνου πόδα; quorum posterior versus jam occurrit in Ran. 100. Sic in eadem fabula 890, ut ipse se illudat Euripides, Aetherem invocat exclamans:

αἰθέρ', ἐμὸν βόσκημα, καὶ γλώττης στρόφιγξ κτλ.

Cuique haec Aristophanis in Aetherem dicteria legenti in mentem veniunt Nubes, in qua fabula Socrates ejusque schola accusantur, quod nubium veneratione inducta cultum Deorum a patribus acceptum sustulerint. In Socratis persona naturalis illa philosophia a comico perstricta est, quae illo tempore Athenis late diffusa erat, quamque Euripides studiose profitebatur. Nubes illae tam insigni veneratione fruentes patre utuntur Aethere, cf. Nub. 560. κικλήσκω | μεγάλωνυμον ἡμέτερον πατέρ', αἰθέρα σεμνοτάτου, βιοθρέμμουκα πάντων. Socrates vero aera tanquam summum deum alloquitur, Nub. 264:

ᾧ δίσποσι' ἀναξ, ἀμίτρητ' ἀήρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετίωρον,

λαμπρὸς τ' αἰθέρ' σεμνοί τε θεοί, νεφέλαι βροντησικέραννοι.

Illa cum invocatione Aeris et Aetheris et Nubium, cujus modo mentionem feci, componendum est jusjurandum Socratis (Nub. 617):

μὰ τὴν ἀναπνοήν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν αἶρα,

et imitantis Strepsiadis verba Nub. 804:

οὐ τοὶ μὰ τὴν Ὀμίχλην.

Cf. etiam aves 194: μὰ γᾶν, μὰ παγίδα, μὰ νεφέλας κτλ.

ibidemque 520: ᾧ μῦνί τ' οὐδεὶς ἀνθρώπων τότε θεόν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες.

Etiam in Timocelis fab. incertarum fragmento IV est jusjurandum μὰ νεφέλας, cf. Meinekii fr. com. 3, p. 613.

Euripidis irrisio fortasse inest et in Antiphanis fragmento inc. II. (cf. Meinekii fragm. com. 4, p. 31), quod jam Cobetus (Observat. cr. in Platonis reliquias p. 180) suspicatus est, Meinekii (fr. com. 4, p. 875) negavit:

ὃν οὐδὲ εἰς λέληθεν οὐδὲ ἐν ποῖων, | οὐδ' ἂν ποιήσω, οὐδὲ πεποιθὼς πάλοι, | οὔτε θεὸς οὐτ' ἀνθρώπος, οὐτός εἰμ' ἐγώ, | Ἄηρ, ὃν ἂν τις ὀνομάσειε καὶ Δία. | ἐγὼ δ', ὃ θεοῦ ἔστιν ἔργον, εἰμὶ πανταχοῦ, | ἐνταῦθ' ἐν Αἰθῆραις, ἐν Πάτραις, ἐν Σικελίᾳ, | ἐν ταῖς πόλεσι πάσαισιν, ἐν ταῖς οἰκίαις | πάσαις, ἐν ἡμῖν πάσιν· οὐκ ἔστιν τόπος, | οὐ μὴ ἔστιν Ἄηρ· ὃ δὲ παρῶν ἀπανταχοῦ | πάντ' εἰς ἀνάγκης οἶδε πανταχοῦ παρῶν.

Haec ad naturalis philosophiae disciplinam spectantia ut interpretaretur apposite Rankius de nubibus p. 22. locum attulit Diogenis Apolloniatae: καὶ μοι δοκεῖ τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὃ ἀήρ καλεόμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τούτου πάντα καὶ κυβερνεῖσθαι καὶ πάντων κρατεῖν, quae verba etiam Euripidis de Aethere placitis lucem afferunt. Ut ab Euripide Aether deus vocatur isque ideo ab Aristophane exagitur, sic in Nubibus Turbinem (αἰθέριον δίνου) pro Jove regnare a Socrate Strepsiadi persuadetur, Nub. 378:

ΣΤ. ὃ δ' ἀναγκάζων ἐστὶ τίς αὐτάς, οὐχ ὁ Ζεὺς, ὥστε φέρεσθαι; | ΣΩ. ἡκιστ', ἀλλ' αἰθέριος δίνος. ΣΤ. Δίνος; τοῦτ' μ' ἐλελήθει, | ὁ Ζεὺς οὐκ ἂν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δίνος νυνὶ βασιλεύων.

Eadem ratione Nub. 818: Δίνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακῶς, quae verba Strepsiadis contra ipsum a filio repetuntur, cf. Nub. 1454 et Sävernius de Nubibus Aristophanis p. 9.

Per hunc Turbinem etiam Euripidis Aethera Deum explodi facile est intellectu: notio enim Turbinis (τοῦ Δίνου) inest verbis Euripidis jam supra allatis:

σέ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθέριῳ | εὐμβῶ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ' κτλ.

de quibus cf. Valek. Diatr. p. 39. In nubium igitur versu 379 et sequentibus Euripidem imprimis exagitari Monkii probabilis conjectura est ad Eur. Alc. 250, ubi ἄλιος καὶ φάος ἡμέρας οὐραναί τε δίναι νεφέλας θρομαίου invocantur. Vocabulum δίνος frequentius apud Euripidem invenitur ut in Cadmo tragoedia (cf. Hartungii Euripides restitutus l. p. 126): οὐρανόσ' ὃ ἡμᾶς ὑπέρ | δίνουσι φοιτῶν ἐστὶ δαιμόνων ἔδος.

Ex physica illa Anaxagorae doctrina delibatum erat, quod ab Euripide Melanippa philosopha dictum est in cognomine tragoedia (cf. Welckeri Graec. Trag. p. 846), Aetherem deum a rudi mole segregatum ex Terra matre liberos procreasse: κούκ ἐμός ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα, | ὡς οὐρανόσ' τε γαῖά τ' ἦν μορφή μία. — ἐπεὶ

δ' ἐχωρισθῆσαν ἀλλήλων δίχα, | τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς Φάος | δένδρη, πετεινά, θῆρας,
οὓς θ' ἄλλη τρέφει, | γένος τε θνητῶν —
quibus cum versibus comparandus est Suppl. 532. et anapaestus χωρεῖ δ' ὀπίσω κτλ.
Exagitavit haec tanquam philosophica Aristoph. in Thesmoph. 114.
αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο | καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ ξυνετίκτου κινούμενα,
et in Avibus 700:

πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρωσ συνέμιξεν ἅπαντα· | ξυμμιγνυμένω δ' ἰτέρων
ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς ἄκεανός τε | καὶ γῆ πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἀφθίτου.

Philosophorum praesertim ioneorum Euripidisque opinionem, animam esse ἀεραει-
δῆ, acerbissime et facetissime Aristophanes illudit in Nub. 231, ubi Socrates nequitiam
res coelestes indagare se posse confitetur nisi animo suspenso et permista meditatione
cum aere sibi consimili. Si enim humi stans superna ab inferiore loco spectet, illa se
pervestigare non posse censet, quum terra vi quadam ad se trahat humorem medita-
tionis: οὐ γὰρ ἂν ποτε | ἰξεύρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα, | εἰ μὴ κρεμάσας τὸ
νόημα καὶ τὴν φροντίδα | λεπτήν καταμιξῆς εἰς τὸν ὁμοῖον ἀέρα· | εἰ δ' ὦν χαμαὶ τῶν κἀ-
τωθεν ἐσκόπουν, | οὐκ ἂν ποθ' εὐρον· οὐ γὰρ ἄλλ' ἢ γῆ βίβη | ἔλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα
τῆς φροντίδος.

Ad hunc locum scholiastae verba sunt: Φασὶ γὰρ φιλόσοφοι καὶ περὶ τὴν κρᾶσιν
τῶν ἀέρων τὸ δεύτερον ἢ τὸ ἀραιότερον ἐπιβάλλειν τοῖς θεοῖσι. Huc quoque pertinent cele-
berrimae illae Heracliti sententiae: αἴη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. — αἴη ὅπότεν μεθυ-
σθῆ, ἀγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήθου σφαλλόμενος οὐκ ἐπαῖω ὄκη βαίνει, ὕγρη ἢ τὴν ψυχὴν ἔχων.
cfr. Schleiermacher de Heraclito fr. 59. Quam sententiam Euripides expressit, Athe-
nienses celebrans Med. 824: ἱερᾶς χῶρας ἀπορρήτου τ' ἀποφερβόμενοι κλεινοτάταν σοφίαν,
ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἀβρῶς αἰθέρος. — Cfr. Bergkii Commentationes p. 244. not.
Huc pertinent quae sunt in Alcestide verba 962: ἐγὼ καὶ διὰ μούσας καὶ μετάρσιος ἦξα,
quae bene explicata sunt a scholiasta per περὶ μετεώρων ἐφερόντισα. Itaque illae cavil-
lationes, quae vocibus Aristophaneis μετεωροσοφιστής, μεριμνοφροντιστής (Nub. 102), με-
τεωροφένεξ (Nub. 332) insunt, non modo ad philosophos, sed etiam ad Euripidem per-
tinent. Is enim philosophos vocabat μεριμνητὰς λόγων Med. 1228. Ad illa verba Eu-
ripidea μετάρσιος ἦξα referenda duco, quae de Euripide in Acharnensibus 374 et 384
dicuntur:

ὁ νοῦς μὲν, ἔξω συλλέγων ἐπιύλλια, | οὐκ ἐνδον· αὐτὸς ἐνδον ἀναβάδην ποιεῖ | τραγωδίαν.

Aristophanes odio persequebatur philosophos et quodeunque ex eorum doctrina
emanavit, propterea quod philosophorum placita a vulgi opinione discrepabant et comi-
cus, philosophiae plane imperitus, ex hac omnem civitatis perniciem derivabat. Quo
factum est ut non modo sophistas et mathematicos et physicos Euripidemque philoso-
phorum studiosum admiratorem vehementer luderet, sed etiam honestissimum illius
temporis virum, Socratem contumeliis insectaretur, praecipue in Nubibus, quae fabu-
la, quo plenior est facetiarum, eo luculentius temeritate et mallitiam Aristophanis pa-
tet. Ut philosophorum ab Aristophane irrisorum exemplis utar, aves in cognomi-
ne comoedia v. 692 volunt, homines, ubi ab avibus recte instituti sint de coelestibus
rebus cognoverintque ortum deorum, fluviorum, Erebi, Prodicum mittant, qui in
Nub. 359. 360., in numero sophistarum habetur, qui μετεωροσοφισταὶ vocantur. Cor-

gius ille Leontinus, nobilis sophista artisque magister cum sycophanta Philippo con-
sociatur, cfr. Av. 1699. et Vesp. 421. Socratis familiaris Chaerephon vespertilio vo-
catur (Av. 1296. 1564.) et cum Socrate ad ludicos et discalearum jactatores refertur,
qui quo pacto quis dicendo et justam et injustam vincat causam doceant.

Vehementer exprobratur Euripidi a comico, quod in tragoediis suis Atheniensibus
persuaserit deos non esse; cfr. Thesmophor. v. 450:

νῦν δ' οὗτος ἐν ταῖσιν τραγωδίαις ποίων | τοὺς ἀνδρας ἀναπέπεικεν οὐκ εἶναι θεούς.

Infitari non possumus, esse in Euripideis fabulis a quibus in deos invehatur eosque
aut esse aut, si sint, ullam humanarum rerum procuracionem habere negetur. Ex eo-
rum numero est Bellerophon, cujus verba huc pertinentia exstant in fragmentis a
Wagnero editis p. 293:

Φησὶν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανοῖς θεούς; | οὐκ εἰσιν, οὐκ εἶσ'· εἴ τις ἀνθρώπων λέγει, | μὴ τῶ
παλαιῶ μωρὸς ἂν χεῖσθω λόγῳ. | σκέψασθε δ' αὐτὰ, μὴ πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις | γνώμην ἔχον-
τες· φημί' ἐγὼ τυραννίδα | κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ' ἀποστρεῖν, | ὄρκους τε παρα-
βαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις. | καὶ ταῦτα θρωπῶντες μᾶλλον εἰσ' εὐδαίμονες | τῶν εὐσεβούντων
ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν· | πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεούς, | αἰ' μειζόνων κλύουσι δυσσεβε-
στέρων, | λόγχης ἀριθμῶ πλείονος κρατούμεναι.

Eidem Bellerophonti ingeniosissimus Welckerus (Graec. Trag. p. 791) haec Euri-
pidis fragmenti incerti verba tribuit:

πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες ἢ θεῶν γένος | εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρωόμεθα;

quibus comparandum est fragmentum dubium 40:

τολμῶ κατεπειν, μὴ ποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί. | κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐκπλήττουσι με.

Melanippe philosopha omnem religionem quippe quae a superstitione nequeat dis-
cerni spernens verba facit (cfr. Euripidis fragmenta ed. Wagner p. 483):

Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ | κλύων,

quae verba explosus inmutasse dicitur poeta:

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο — "Ἐλλην' ἔτικτε,

quorum versuum prior et in Pirithoo fabula positus erat (cfr. Welckeri Graec. Trag.
p. 591). In Euripidis Hecuba Talthybius, quum reginam patriae finibus pulsam et
omnibus hostium injuriis expositam conspiceret, desperanter exclamat (Hec. 488):

ὦ Ζεῦ, τί λίξω· πότερά σ' ἀνθρώπους ὄρᾶν; | ἢ ὄρεαν ἄλλως τῆνδε κεκτῆσθαι μάτην | ψευ-
δῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος, | τύχην δὲ πάντα τῶν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;

In eadem tragoedia Polymestor, sceleratissimus homo, proloquitur, a diis, ut ex
hominum inscientia venerationem capiant, omnes res humanas misceri et perturbari.
cfr. Hecub. 958. Hecuba vero ipsa necessitatem et leges diis superiores esse senten-
tiam fert cadentemque in Troadibus ad Jovem precatur, „quicumque ille sit, sive naturae
necessitas sive hominum mens.“ Cfr. Hecuba 799 et Troad. 890.

Cum Hecuba comparanda est Althaea in Meleagro, perdita Euripidis tragoedia,
violenti animi mulier, immortalitatem negans,¹⁾ deos spernens, fatum solum agnos-
cens: cfr. fragm. 16:

ὄρεᾶς σὺ νῦν δὴ μ' ὡς ἐπράυνας, τύχη.

¹⁾ Cfr. fragm. XX. XXII.:

τοὺς ζῶντας εὖ θρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ | γῆ καὶ σκία· τὸ μῆδεν εἰς οὐδὲν ἔπει.

Ixion in tragoedia cognomine perdita sese exhibuit hominem temerarium, qui libidini atque violentiae plus quam probitati atque modestiae tribuendum esse opinabatur, cfr Matthiaeus, Eurip. fragm. p. 447. Ixionis temerariae sententiae ex sophistarum, imprimis Protagorae disciplina petita esse videntur, cujus placitum πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι τὸν ἀνθρώπου, in memoriam revocant. Illa sophistica doctrina etiam in Aeolo conspicitur, ubi Macareus, patri ut sorores cum fratribus connubio conjungat persuasurus ejusque sententiae turpe tale matrimonium esse repugnaturus illa famosissima verba facit:

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῆ;

Hoc dictum ut multis erat offensio, sic etiam Hippolyti illud:

ἢ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἢ δὲ Φρῆν ἀνώμοτος.

Talibus dictis Aristophani exoptata occasio oblata est, ut Euripidem in risum detorqueret. Bellerophontes ille, qui malorum multitudine moestitiaeque vehementia ad desperationem et temeritatem, qua ipsos deos in dubium vocaret, adductus fastuque et insolentia supra humanam conditionem elatus est, a comico ridetur. Respicitur jam in Acharnensibus v. 426 ad Bellerophontem: sed in Pace ridicule a Trygaeo rustico omnia sic fiunt, quomodo facta erant a Bellerophonte. Trygaeus enim, ut Bellerophontes, in coelum evehitur, num revera ibi dii habitent, an vasta sit solitudo, exploraturus. Per totum diem narrante servo in Aristophanis fabula coelum suspiciens hiantem ore Jovem increpat interrogatque quid velit facere: ut possit recta via ad Jovem pergere, exoptat atque deinde tenuibus scalulis fabricatis pedibus et manibus nitens in coelum conatur ascendere. Cfr Aristoph. pac. 56. 104. 820.

Postea vero in Aetnaeo scarabaeo sedens, quem tanquam pullum equinum demulsit, o Pegasule, inquit, generose ales, fac ut me vehens ad Jovem recta voles. Filia vero Trygaei patrem, quem diis magis tragicum videri vult, rogat ut Pegasus aligerum jungat et provideat ne volans delabatur et claudus Euripidi argumentum praebeat et tragoedia fiat. Cfr Aristoph. Pac. 76 et 154 et alia Bellerophontis sibila in Pac. 82. 154. 115. 754.

Non minus propter Aeoli dictum supra jam allatum Aristophanes Euripidem cavillatus est. Quum enim Bacchus in Ranis 1471 judicasset Aeschylum in certamine vicisse Euripidesque dixisset in se turpissimum commissum esse flagitium, Bacchus respondet irato poetae: Quid turpe, si spectatoribus non ita videtur?

Euripides in Ranis 1467 dum Bacchum jubet jusjurandum observare, Bacchus quasi ab Euripide institutus contemnit jusjurandum verbis Hippolyti 612 utens aliquatenus immutatis:

ἢ γλῶσσ' ὀμώμοχ', Αἰσχύλον αἰρήσομαι.

Cfr Thesmoph. versus 274, ubi Euripides exclamat: ὄμνυμι τοῖνυ πάντας ἀρῶν τοὺς θεούς, Mnesilochus vero respondet: μέμνησο τοῖνυ τὰυτ', ὅτι ἢ Φρῆν ὤμοσεν, ἢ γλῶττα δ' οὐκ ὀμώμοχ', οὐδ' ὤρκωσ' ἐγώ. Alludit vero comicus ad hoc Hippolyti dictum etiam in Ran. 101.

Homines autem temerarios et nefarios ut Bellerophontem et Ixionem in scena non producendos esse, quippe per quos spectatorum animus et mores detrimenti quid capere possent, sententia Aristophanis erat, si nobis licet aliquid colligere ex verbis in Ranis 1051 ab Aeschulo pronuntiatis:

ἀποκρύπτειν χερὴ τὸ πονηρὸν τὸν γε ποιητῆν, | καὶ μὴ παράγειν μηδὲ διδάσκειν τοῖς μὲν γὰρ παιδαρίοισιν | ἔστι διδάσκαλος, ὅστις φράζει, τοῖσιν δ' ἤβῳσι ποιηταί. | πάνυ δὲ δεῖ χρηστὰ λέγειν ἡμᾶς.

Quantopere vero Aristophanes obstupesceret, si ei, quae in recentioribus fabulis Shakspearii, Schilleri, Goethii, Byroni in scenam prodeunt personae, eas spectare liceret? Aristophanis sententiam, turpia et improba poetae non esse repraesentanda, probare non possumus; licet enim poetae gravissima quaeque scelera in fabula exprimere, sed ita ut per interitum scelesti consentaneum fiat a numine divino rerum humanarum geri curam justitiaeque et veritate inferiorem semper discedere improbitatem.

Euripides vero si scelera sic expressisset, ut eum iis delectari apparet, si temerarie et improbe effata et facta vera et proba esse poeta docuisset, magnopere vituperandus esset. Poeta vero quid voluerit, quum improbitatem et iniquitatem in scena spectandas exhibuerit, conspicuum est ex Senecae verbis (Epist. 115) ad Bellerophontem pertinentibus:

„Sine me vocari pessimum, ut dives vocer. | An dives, omnes quaerimus, nemo, an bonus.

Cum novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejectionem et actorem et carnem consurrexit uno impetu, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, ut exspectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat: nulla enim avaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum.“

Etiam Ixion Euripidis animos spectatorum simili ratione atque Bellerophontes percutiebat, ita ut imprimis offenderentur propterea quod omnibus sophistarum artibus imbutus dicendique peritissimus improbitate tanquam in artis formam atque rationem redacta deos virtutemque impudentissime irrisit (cfr Wagner, Eurip. fragm. p. 218.) Audiendus ad hanc rem dijudicandam Plutarchus de aud. poet. c. 4: ἐτέρας δ' ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παρέχουσι μαθήσεις, ὡς περὶ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίωνα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαιφόν, οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῶν τροχῶν προσηλῶσαι. Estque praeclara annotatio scholiastae ad Med. 300: τοῦτο δὲ οὐ δογματίζων ὁ ποιητῆς φησιν, ἀλλ' ἀρμολόγῳ πρὸς τὸ ὑφεστηκὸς ἦθος.

Euripidearum fabularum nescio an nulla tantam irridendi materiam praeberit, quantam Aeolus. Qui exstat in hac fabula versus: τί δ' αἰσχρὸν ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῆ, non modo ab Aristophane in Ranis 1523 exagitatus est, sed etiam ab aliis vehementer reprehensus, et incestus ille inter fratrem et sororem amor a poeta expressus Aristophani tantopere perniciosus videbatur, ut fabulam omni modo persequendam esse putaret. In Nubibus Phidippides a patre Strepsiade recentiorum poetarum carmen recitare jussus statim canit ex Euripidis Aeolo longam orationem, quomodo frater germanam sororem subagitaverit. Nub. 1352. Nullius momenti sunt loci Pac. 119., Thesmoph. 1475. Sed qui sunt in Ranis versus 1475 et 857, perstringunt Aeolum. Sunt qui ceaseant Aristophanis fabulam Aeolosiconem totam in deridenda Euripidis tragoedia Aeolo versatam fuisse, quae sententia quamquam probari non potest, quum talis comoedia naturae et rationi poetis repugnaret, tamen hujus fabulae reliquiis

confirmari potest, illam Aeoli liberorumque calamitatem in Euripidis tragoedia expressam ab Aristophane in Aeoloscione vehementer illusam esse. Macarei illud dictum et Plato et Cleanthes correxisse dicuntur sic: *κισχρόν τό γ' αίσχρόν, κᾶν δοκῆ κᾶν μὴ δοκῆ*. In Machonis comici fabula apud Athenaeum XIII. p. 582. C. illo dicto utitur Lais contra Euripidem ipsum.

Hippolyti illud effatum, *ἢ γλῶσσο' ἀμώμοχ', ἢ δὲ Φερὴν ἀνώμοτος*, si Aristophanes ideo tantopere perstrinxit, quod in hoc dicto turpis ambiguitas inesset, magnopere erravit: sed priusquam de hujus loci sententia quidquam disputemus, Ciceronis (de Officiis 3, 29) verba huc pertinentia conferantur. „Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium. Ut, si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellionum numero: sed communis hostis omnium. Cum hoc nec fides debet nec jusjurandum esse commune. Non enim falsum jurare perjurare est: sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere perjurium est. Scite enim Euripides:

„Juravi lingua. mentem injuratam gero.“

Qui hunc locum penitus perspexerint, iis luce clarius erit, hoc dictum, propter quod Euripides a calumniatore quodam in iudicium vocatus est, non modo non poetae crimini vertendum, verum etiam Hippolytum temeritatis non esse arguendum; qui neutiquam ita loquens a poeta inductus est, ut iurjurandi religionem impie violandam censeat, sed potius ita, ut se jusjurandum illud, quo jam obstrictus teneatur, imprudentem atque incertum praestitisse significet (cfr Stallbaumius de persona Euripidis in Aristoph. Ranis p. 12). Praeclare Hartungius (Eurip. restit. 1 p. 409) disputat, illud Hippolyti dictum, quod in tam gravem reprehensionem incurrit, ineruditus solis et superstitiosus hominibus offensionem fuisse. „Nondum enim illis temporibus vulgus liberatum erat opinione verbis ipsis precationum vim quandam atque momentum inesse, neque qua mente sed quibus verbis juramenta conciperentur, referre.“ Hippolytus vero, quamvis jurejurando minime teneri se intelligat, tamen tam obstinate servat illud, ut atrocissimis se calumniis lacerari quam fidem ullo pacto a se violari malit, neque Euripides haberi potest is, qui perjurium commendaverit. Sed Aristophanes illud Hippolyti dictum vellicavit propterea quod sophisticae subtilitati tribuendum et morum integritati perniciosum esse censuit. Neque vero ineptum videtur meminisse etiam ab Hippolyto in sophisticam et oratoriam artem, tam vehementer ab Aristophane vexatam, frequentes fieri impetus (cfr Welckerus de Prodicio p. 584). Hippolytus enim, quamquam studiis animum excolentibus magnopere deditus erat et philosophicae orationis peritus, tamen in sophistarum disciplinam ineligitur virtutem doctrina promotam dicens spernendam esse v. 79 (cfr Welckerus de Prodicio p. 584. 623.).

Euripides quum censeret, ut jam supra allatum est, Aetheris sive mentis infinitae partem animum esse, terrae autem corpus, ita ut post mortem animus ad Aethera, corpus ad terram rediret, non videtur mirum, quod animum, quum a corpore discesserit et ex ejus vinculis liberatus sit, tum demum vere vivere et absoluta felicitate frui dixit, quam sententiam in Euripidis fabulis saepius explicari notissimum est. Pertinent huc Phrixii verba ad moriendum parati in cognomine fabula fr. 14:

τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦδ', ὃ κέκληται θανεῖν, | τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν |
ἠοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες | οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Conferatur Polyidi fabulae locus:

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστί κατθανεῖν, | τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;
quam sententiam Hartungius (Eurip. restit. 2 p. 213) longe omnium praestantissimam dicit et multo sapienterem quam quae in mediocrium vel etiam sordidorum hominum captum caderet. Nec minus praeclare dictum est in Erechtheo fr. 11:
Ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας | ζῆν Φημί μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.
et Oenei fr. 3: *οἱ μὲν γὰρ οὐκίτ' εἰσιν, οἱ δ' ὄντες κακοί.*

Haec Euripidis dicta Prodicii Cei disciplinae tribuenda sunt, de cujus placitis ad mortem et immortalitatem pertinentibus praeclare disseruit ingeniosus Welckerus in Museo Rhenano I, p. 608—633. Prodiciae igitur sententiae convenienter dictum est in Cresphonte fabula, non nasci homini longe optimum esse (cfr Cic. de Off. 1, 48):
ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους | τὸν Φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, | τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνην πεπαιυμένον | χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δάμων. 3)

Cfr Euripidis Antig. fr. 17:

θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεκίων τέλος | ἔχει· τί γὰρ τοῦδ' ἐστί μείζον ἐν βροτοῖς;
cfr interpretes ad Aristoph. Ran. 1475 et Thudichum ad Sophoclem.

Notissimum illud Euripidis dictum *τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστί κατθανεῖν κτλ.* ab Aristophane facetissime irrisum esse inter omnes constat: cfr Ran. 1472:

τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστί κατθανεῖν, | τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ δὲ καθεύδειν κώδιον;
In Ran. 1114 poeta ex Euripide memorat *φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν.* cfr Ran. 151. Etiam quod ex Aristophanis Polyido reliquum est fragmentum:

τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον λῆρος πολὺς· πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ἀφείλεται παθεῖν,
id ex Euripidis Polyido expressum esse probabilis sententia est Bergkii de Aristophanis fragmentis (apud Meinekium, fragm. comicorum II, p. 1133). In Ranis 421 poeta verbis *τοὺς ἀνω νεκρούς* loqui videtur ex sententia mortuorum, quasi apud inferos demum essent vivi, apud superos autem sive in terris mortui et videtur poeta respexisse ad Euripideum *τίς οἶδεν κτλ.* Auctorem hujus sententiae primarium, Prodicum ipsum, qui mortem longe praeferendam esse vitae censuit, perstrinxit Aristophanes in Tagenistis; orationis enim fragmentum ad Prodicii placita conformatum est (cfr Bergkium in Meinekii fragm. com. 2 p. 1147).

Certissimum est Aristophanem Euripidi maximam injuriam intulisse illos versus tanquam ineptos et morum honestati et iudicii sanitati perniciosos notantem; etenim etiamsi hi versus ab reliqua oratione avulsi seorsum spectentur, nihil iis inesse apparet, quod a recta ratione abhorreat. Sed in dijudicandis tragoediarum locis imprimis

³⁾ Cfr Oenomaï fr. 5 (Wagneri frag. Eur. p. 577):

ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώυμσον | εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς. | μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίου τίττει πόνοους.
et Cresphontis fragmentum (apud Welckerum, Graec. Trag. p. 833):
ᾧ δυστυχεῖν Φύς καὶ κακῶς πεπραγένας | ἀνθρώπος γένου, καὶ τὸ δυστυχὲς βίου | ἐκεῖθεν ἐλαβε, ὅθεν ἅπασιν ἤεξατο | τρέφειν ὄδ' αἰθήρ, ἐνδιδούς θνητοῖς πνοάς.

